

quatuor mansos. in Asbike duos mansos. in  
 Havekenstide tres mansos. in Oinhusen duos  
 mansos. Peddestorp unum mansum. Dughestorp  
 duos mansos. Rechterveld unum mansum. Boc-  
 cla duos mansos. Carnem unum mansum. Dam-  
 me duos mansos, et Alerdorp duos mansos. Sanè  
 novalium vestrorum quæ propriis manibus vel  
 sumptibus colitis, siye de vestrorum animalium  
 nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel  
 extorquere præsumat, Liceat quóque vobis Cleri-  
 cos vel Laicos Liberos et absolutos è Seculo  
 fugientes ad conversionem recipere, et eos abs-  
 que contradictione aliqua retinere; prohibemus  
 insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam  
 in Monasterio vestro professionem fas sit, sine  
 Abbatis sui Licentia de eodem loco, nisi arc-  
 tioris religionis obtentu, discedere, discedentem  
 verò absque communium Literarum vestrarum  
 cautione nullos audeat retinere. Cùm autem  
 generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis  
 clausis januis, exclusis excommunicatis et inter-  
 dictis, non pulsatis campanis suppressâ voce  
 divina officia celebrare. Auctoritate quoque  
 apostolica prohibemus, ne ullus in vos, vel mo-  
 nasterium vestrum excommunicationis vel inter-  
 dicti sententias sine manifesta et rationabili  
 causa promulgare, seu novis et indebitis exactio-  
 nibus vos aggravare præsumat. Chrisma verò,  
 oleum sanctum, consecrationes altarium seu Ba-  
 silicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros